

Fumi coitus & densatio
Summus aer qualis Dilemma
 mam aeris partem petat: Scire cupio cum in aere circumrapto fuerit, quo pacto densescat. Nā siue sit aer ille frigidus, siue calens, tenuissimus tamen est, & à tenui corpore nulla uis densandi: praesertim si corpus hoc tenue in requieto motu feratur ac dissipetur. Si frigore cogi fumū dicant, primum Aristoteles, & cum eo Astrologi oppugnantur, qui ab ignis calore, sub ipso aethere, & in primis à cœli motu rapaci putant fumum incendi.

Conflictus in aere maximus
Dilemma
 Deinde si cogeretur fumus à frigore, huc illuc pellere-
 tur, ut in aere infimo, ac medio fulmen ac fulgur fugan-
 tur, & in uarias urgentur partes, pugnantibus acriter ui-
 cissim calore ac frigore humore ac siccitate, habituum,
 fumi, aeris, nubium, & pluuiaë præcipitantis. Redeo ad
 illud: uel est rigor uel ardor, ubi est Cometa, ubi inflam-
 matur. A rigore nullum incēdium, & ab inflammante ca-
 lore accensi corporis agitatio fit, maximè in materia te-
 nui. Neque confidant *ἀντιπερισσῶς*. Nam calefacit ea
 frigus, quæ uel uinci à frigore non possunt, arcentur ta-
 men & fugantur (ut in fulgure dixi) uel refugium ad lo-
 cum aliquem defendētem habent. Hinc in antris à frigo-
 re calefit aere, quia gelu aeris hyberni calorem æstium
 fugientem in terræ sinus arcet, non tamen uincit cauer-
 nis ipsis hoc prohibentibus. Verum in aere summo, uel
 sub ipso aethere, ut illi dicunt, neque ullum est frigus (ut
 docent) neque receptus fumum tuentes. Quare accidit,
 ut à maxima illius uel aeris, uel ignis ui fumus dissipatus
 perdatur. Sed uideo quò confugiant. Contendunt ibi es-
 se ignem & à cœli uertigine cogi, & accendi fumum scri-
 bunt. Sed amico illi nostro ignis ille, non uerè ignis &
 actu est, sed potētia. Erit ergo ignis elementaris neq; ca-
 lidus neque siccus, & cōburens tamen. Præterea dico,
 cœli uertiginem nullo modo tenuē fumum cogere pos-
 se, neque cōactum accendere. Quid enim illud est, ab o-
 mnibus, & in præcipuis Europæ scholis decantatum,
Motus quid calefaciat
 Motus per se calefacit? Axioma istud concederem, si u-
 num tantum esset corporum genus. Verum est corpus
 geni-